GREGORIUS MAGNUS
Admont, 12. Jh.
Seite 101r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26120
Copyright: Admont, Benediktinerstift

potestatibus seculi nullos minarum sonitus pretimescit. Vi
deamus alium equū quomodo terrā sorbeat quomodo null
cū tube terror attingat. Scriptū ē. Sup uenerunt autē
quidā abantiochia & iconio iudei. & persuasis turbis lapi
dantes paulū traxerunt extra ciuitatē estimantes eum
mortuū ēse. Circūdantib autē eū discipulis. surgens intra
uit in ciuitatē & postera die profectus est cū barnaba inder
ben. Cumq: euangelizassent ciuitati illi & docuissent
multos. reuersi sunt lisbrā & iconium / antiochiā con
firmantes animas discipulorū. Pendamus ergo que
hunc equū possint mine compescere. quando cum ab
intentione sua non ualet mors ipsa prohibere. Tree la
pidibus obruitur: nec tamen auertitur sermone remo
uetur. occidi potest. superari non potest. Velut extinctus
extra urbem pertrahitur. s; intra urbem die alio illesus
prēdicator inuenitur. O quam fortis huic uiro inest in
firmitas. o quā victrix pena. o quā dominatrix patien
tia. Ad agenda propulsione prouocatur. ad prēdicandā salu
tē plagis erigitur. ad propellanda laboris lassitudinem
pena refouet. Que ergo hunc aduersitas superat. quē pena
fouet. S; equus dei est. Et pharetre sagittas despicit. qa
malicie consilia contempnit. uibratā hastam ani
mat. quia & contra aptē persecutionis pectus firmat.
oppositum clippeum rumpit. quia disputationē resisten
tū raciocinando subigit. terram sorbet. quia peccatores
in suo corpore exhortando conuertit. clangorē bucine
sonare non reputat. quia uocē quam libet terribilis
prohibitionis calcat. Minus est autem quod dicitur. qa
fortis persuerat in laboribus. ad hoc quod maius est ex
ultat in aduersis. Vnde & sequitur. Vbi audierit bucinā.
dicit uā. Quibus profecto uerbis & illud ostenditur.